The John Carter Brown Library

PURCHASED WITH THE ASSISTANCE OF
A DONATION FROM

Erlenmeyer Fund



IHS
Undeni
Græcenses Aca-
demici
Suo Sanguine
Purpurati

RPJCB

UNDENI GRÆCENSES
ACADEMICI
SUO SANGUINE
PURPURATI,
Reverendißimis, Admodum Reverendis, Religioſis, Illuſtriſſimis, Perilluſtribus, Nobilibus, Excellentibus ac Clariſſimis
DOMINIS, DOMINIS
SS. THEOLOGIÆ
DOCTORIBUS
Oblati,
Dum per
A.R.P. MICHAELEM
BONBARDI, è Soc. Jesu,
SS. Theologiæ Doctorem, ejusdémque in Alma, ac Celeberrima Universitate Græcensi Professorem Ordinarium, nec non Inclytæ Facultatis Theologicæ
DECANUM SPECTABILEM
In Aulica, & Academica ejusdem Societatis Divi Ægydij Basilica
Supremâ hac laureâ exornarentur
Anno M. DCC. XXVII. Menſe Augusto die

GRÆCII, ex Typographia Widmanſtadiana.



NOMINA
Dominorum, Dominorum
SS. THEOLOGIÆ
DOCTORUM.
Ordine quô publicè pro ſuprema hac laurea diſputârunt.

ADmodum Rev. Illuſtriſſimus, Excellens, ac Clariſſimus D. JOANNES FERDINANDUS L. B. à NEUHAUS, Carniolus Scharffenbergenſis, AA. LL. & Phil. Magiſter, SS. Theol. Doctor, Beneficiatus Kirchpergæ ad Rabam, olim ex Archi-Ducali S. J. Convict. Collegio Alumnus Gyrienſis.

Adm. Rev. Nobilis, Excellens, ac Clariſſ. D. ANTONIUS JOSEPHUS GAUSTER, Styrus Ilzenſis, AA. LL. & Philoſ. Magiſter, SS. Theol. Doctor, Celſiſſimi ac Rever. S. R. I. Principis, Epiſcopi Seccov. per utrámque Styriam, & diſtrictum Neoſtadienſem Vicarij Generalis Conſiliarius Conſiſtorialis, Illuſtriſſ. ac Rev. Archi-Diaconi Strasgangenſis Cooperator, & Vicarius curatus ad S. Thomam in Premſtetten, olim Cæſ. Ferdin. Alumnus.

Adm. Rev. Relig. Excellens, ac Clariſſimus D. Ferdinandus Michael Bayr, Collegiatæ Eccleſiæ ad D. Catharinam in Stainz, Ord. S. Auguſt. Canonicus Capitularis AA. LL. & Philoſ. Mag. SS. Theol. Doctor.

Adm. Rev. Relig. Excellens, ac Clariſſ. D. Georgius Josephus Maistern, Colleg. Eccl. ad S. Vitum in Pöllau, Ord. S. Auguſt. Canon. Regul. AA. LL. & Philoſ. Magiſter, SS. Theol. Doctor.

Adm. Rev. Relig. Excellens ac Clariſſ. D. Mathias Ferdinandus Gauster, Cathedralis Eccleſiæ, & exemptæ Canoniæ Seccovienſ. Ord. S. Auguſt. Canonicus Capitularis, AA. LL. & Philoſoph. Magiſter, SS. Theologiæ Doctor.

Adm. Rev. Nobilis Excellens, ac Clariſſim. D. Bartholomæus Schmuz, Carniolus Vipacenſis, AA. LL. & Philoſoph. Magiſter, SS. Theologiæ Doctor, Celſiſſimi ac Reverendiſſ. S. R. I. Principis, & Epiſcopi Lavantini Conſiſtorialis, & Capellanus Aulicus, olim ex Archi-Ducali S. J. Convict. Colleg. Alumnus Gyrienſis.

Rdmus Perillustris, Excellens, ac Clariſſim. D. Georgius Wolfgangus Chiolich, Dalmata Patritius Segnienſis, Cathedralis Eccleſiæ ibidem Canonicus, ejusdémque diæceſeos Vicarius Generalis, Proto-Notarius Apoſtolicus, AA. LL. & Philoſoph. Mag. SS. Theol. Doctor.

Reve-

Reverendissimi, Admodum Re-
verendi, Religiosi, Illustrissimi, Perillu-
stres, Nobiles, Excellentes, ac Clarissimi,
Domini, Domini
DOCTORES THEOLOGI.

Quantùm Vobis Doctores Theologi *gratulari nos oporteat, nisi in ipso meridie cæcutiamus, ignorare non possumus. Quorsum enim insolita lucis hodiernæ festivitas; loci, in quo consistitis, augusta Majestas; Sapientissimorum æquè, ac nobilissimorum Virorum corona; totius denique Academici populi concursus, atque frequentia? Majus profectò aliquid, quàm vulgarem gloriam hæc spectant: quin eo vos potiùs honore à Theologia insignitos declarant, quò neque majorem impertiri sapientia, nec literarius cuigil ambire queat, ac concupiscere. Neque aliter decuit, posteaquam summa humanæ, Divinæque scientiæ arcana didicistis. Equidem plures ad puram aspirârunt; ast Vobis duntaxat, Vestrique similibus obtingere debuit. Ut enim summum ejusmodi doctrinæ testimonium, cui Sacri etiam Conciliorum canones honoris plurimùm deferunt, haud temere, frequentérque exhibendum; ita bene meritis, ut sacratiore in senatu majori cum ponderе dicant Sententiam, ne differendum quidem. Atque hoc illud est, de quo Vobis gratulamur* Doctores Theologi; *illud inquam, cujus spe labores plurimos exhausistis; tædia superâstis; pericu-*

la subiistis. Quanquam & nos tam insignis honoris Vestri partem non modicam delibamus. Vestris adhuc laudibus Aula personat Academica; recenti sunt in memoria, quæ edidistis, facinora; Votum fuit Communæ, ut tantum Vobis decus aliquando obtingeret. Quare, ut quem animis hactenus fovebamus affectum, palam quoque testaremur, Xenium unà ad isthoc honoris pegma attulimus, quod nostro quidem judicio Doctores *deceret* Theologos. *Et confidimus, non dissplicituram; quippe de penu depromptum domestico, ac, prope dixerim, de Vobis ipsis confectum. Heroica Undenorum Græcensis Academiæ pugilum gesta, & glorioso de superstitione, atque hæresi triumphos hinc depinximus, inde descripsimus. Inspicite, si lubet, Majores Vestros, & dum præclara illorum facta miramini, quales ipsi olim futuri sitis, velut ex idæa cognoscite. Vestram illi præcesserunt ætatem; Vos labores, Zelúmque Apostolicum; fortitudinem, & invictam animi constantiam; omnem denique eorundem virtutem, ac gloriam paribus ausis exæquate. Habeant posteri, quod in Vobis suspiciant; nec ulteriorem in ætatem reflectant oculos, dum propiores occurrunt, in quos intueantur; quorum glorioso insistant vestigiis. Hæc dum sincero vobis animo non tam auguramur, quàm præsagimus, Vestris nos unà obsequiis in perpetuum* Addicimus

Honoris Vestri

Studiosissimi Græcenses
Theologi.

Ad Lectorem.

MOs fuit Majorum, ut illustriores Græcensis Nostræ Academiæ Alumnos, qui se lasu temporis, togâ vel sagô; Mitris, aut Sceptris nclytos præstiterunt; summis continuò honobus sive ab erudito calamo, sive à solerti peniillo petitis ornandos susciperent. Exemplum tud pro lege habuimus; & quoniam reliquos annalibus reperimus Undenos, qui toleratis victa fortitudine acerbissimis cruciatibus, fuque pro Deo, ac fide orthodoxa Sanguine marcescibilem sibi Martyrij lauream; reipuicæ verò Christianæ, atque inprimis Univertati nostræ gloriam peperêre immortalem, ad narranda eorundem præclarè gesta animum djecimus. Ast prævie duo te monitum volus *benevole lector*, quòd non alium secuti sius ordinem, quam annorum, in quos glooſi agones inciderunt; scribendi deinde gus studiosè delegerimus obvium, ac familiare, nullus non foret, qui, dum per otium liberet, tra fastidium omne, ac molestiam, mox perperet, quæ tractarentur. Itaque boni conle hoc nostrum studium, ac Vale.

Protestatio.

Uxta decretum glorioſæ memoriæ Urbani VIII. & Sanctæ Romanæ Universalis Inquisitionis protestamur, nos ud alio sensu, quidquid in hoc libro continetur, accipe, aut ab ullo accipi velle, quàm, quô ea solent, quæ manâ tantùm authoritate nituntur, subjiciendo omnia, ingula judicio sanctæ sedis Apostolicæ, cujus nos obentissimos filios profitemur.

QUÆ-

QUÆSTIONES
IN
ACTU DECISÆ.

I. Ex illo ad Ephes. 4. *Et ipse dedi quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consummationem Sanctorum in opus ministerij, in ædificationem Corporis Christi: quod est Ecclesia*, inquit S. Aug. L. 22. de Civ. Dei c. 17.

Quæritur: An ad fundandam & augendam Christi Ecclesiam plus contulerit Sanguis Martyrum, an doctrina Confessorum?

II. Ex illo Eccl. 9. *Sunt Justi atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, utrum amore, an odio dignus sit? Sed omnia in futurum servantur incerta.*

Quæritur: Annon Justis occasio & stimulus ad augenda sibi merita foret, si Deus ipsis revelaret: quòd sint in gratia confirmati?

P. JO

P. JOANNES OGILBEUS S. J.

Scotus,

Glaſguæ in odium Fidei ſuſpendio necatus Anno 1615.

QUos inter purpuratas pro Eccleſia Dei Victimas, quemadmodum piè credimus, in Cœlis numerat Univerſitas Græcenſis, principem ſibi locum

A ven-

vendicat P. Joannes Ogilbeus nobiliſſimo inter Scotos ſanguine oriundus, quem tamen ipſe rectè factorum gloriâ, & exantlatis pro orthodoxa Fide laboribus longè reddidit illuſtriorem. Et licèt Joannem, tanquam primitiam frugem, tenero amore Parentes optimi complecterentur, perquàm opportunè tamen accidit; ut non modò paterna domo, verùm etiam univerſa Scotiâ extorris in Belgium manſuetioribus literis operam daturus digrederetur. Quò cùm emenſo feliciter itinere pertigiſſet, in ſuæ gentis domicilium receptus, latini ſermonis fundamenta, operosâ non minus, ac laudabili induſtriâ perdidicit. Poſtulavera jam tum Ogilbeus Societatis Jesu hominibus adnumerari, neque deerat ampla ingenij capacitas cum religioſa vitæ probitate conjuncta quæ ſpem ei ſanè magnam fecerant, fore, ut voti ſui haud multo pòſt tempore compos efficeretur. Et verò aſſecutus eſt, quod ardenti deſiderio antehac optaverat Joannes, dum Annô Salutis noſtræ ſupra M. D. nonageſimo ſeptimô Societatis Jesu Religioſis eſt adſcriptus. Exactô magna cum laude religioſæ vitæ Tyrocinio è Belgio ad Græcenſem Academiam appulit; juſſus, priusquàm Ariſtotelis placita decurreret, prima Romanæ linguæ elementa teneræ juventuti explanare. Aderat intereà tempus, quô ſe ſe arctiori religioſorum votorum nexu Deo, ac Societati noſtræ adſtringeret, qui

in re id præ cæteris memoriâ dignum habuit: quod eadem die, viceſima ſexta Decembris erat Anni 1601. ſereniſſimus Ferdinandus, Auguſtiſſimus poſtea Romanorum Imperator, hoſpes in Cœna noſter eſſe dignatus ſit, delatísque ex Aula dapibus, reliquos ſecum Principes adduxerit fauſtiſſima quæque Joanni pro innata Domui Auſtriacæ benevolentia precatus. Sed magis longè poſterorum memoriâ eum dignum effecit mors invictiſſima, cujus ſeriem paulò uberius enarrandam nunc aggredimur.

Poſteaquam igitur ætatem teneram erudiiſſet, ſeverioribus diſciplinis ex aſſe perdiſcendis eſt admotus. Haud facilè dictu, quanta contentione, quantóve ſtudio non modò in Ariſtotelis placita, verùm etiam in graviſſima Theologiæ arcana incubuerit. Et tulit laboris ſui fructum longè uberrimum, eâ enim ſcientiarum ſuppellectili ingenium ſuum, quod vivax alioquin, ac peracre à natura ſortitus erat, Joannes imbuerat, quæ olim copioſam meſſem in Eccleſiæ Catholicæ emolumentum, & victrices laureas inter exquiſitam tortorum immanitatem eſſet illatura. Cùm verò Ogilbeus inſigni præterea virtutum prærogativâ, exactâ in majores obſervantiâ, profundâ animi demiſſione, religioſâ in D. Cœlites pietate, ardenti denique animarum ad Deum adducendarum ſtudiô apprimè eſſet conſpicuus, factâ à ſuperioribus veniâ, quod in votis unicè habebat, impetravit; ut

sibi in Scotiam, popularibus suis, qui inter latebras Christianam fidem sequebantur, quâ verbô, quâ exemplô opem laturo, revertere licuerit. Sed obstitêre aliquandiu laudabili P. Joannis desiderio, conjurati in supremum Christi Vicarium unà ac Deum, Rex ipse cum Proceribus. Regnum enim per excubitores adeo arctè obseratum tenebatur, ut vix ulla illabendi via suppetere videretur. Non tamen hìc animô destitutus est P. Ogilbeus, sed, quâ erat sagaci industriâ, tandem effecit, ut Octobri mense Anni M.DC.XIV. Glasguam in natale solum penetraret. Erant optati hujus ingressûs occasio quinque nobilissimi Viri, qui hæretica luedeturpati, sibi jam pridem Catholici Sacerdotis copiam fieri postulabant, cujus doctrinâ recèns imbuti, denuò Ecclesiæ Romanæ gremio adscriberentur. Nemini ea res grata magis accidere poterat, ac Patri Joanni Ogilbeo; siquidem spem inde conceperat, fore, ut modicô temporis spatiô complures animas rejectô hetorodoxorum venenô catholicæ fidei restitueret. Et eveniset procul dubio, quod piè ominabatur Joannes, nisi ex dicto nobilium virorum quinario unus quispiam genere quidem reliquis illustrior, sed magis longè callidis fallendi artibus insignis, spem omnem momentô temporis succidisset.

Vix altera ab adventu die ad aras operari cœperat Ogilbeus, cùm callidissimus proditor rem

omnem

omnem ſummo prætoriæ rei Præfecto exponit, & Ogilbeum, quòd in Scotiam ſubdolè penetraverit, quòd ſectæ Pontificiæ, & quidem Societatis Jesu Miniſtellus eſſet, læſæ Majeſtatis reum ſacrilega voce denunciat. P. Joannes conſiliorum, quæ in ſui exitium cudebantur, prorſus ignarus, nihílque ferale metuens, temous, quó hominem Verſipellem orthodoxæ Fidei capitibus imbuendum ſuſciperet, horam oſt meridiem quartam indixerat, quam ubi, in oro cum Prætoris filio inambulans, ſolicitè perit, adeſt unus ex Archi-Epiſcopi famiiaribus, vir domi nobilis, & viribus corporis ollens, acceptóque à nefario Proditore ſigno, atrem Joannem ad Milordum herum ſuum inſere jubet. Ogilbeus evocari ſe ad vice-conitem Proditoris nepotem ratus, eum ſiquiem in locum condixerant, morem ſe perluenter geſturum recepit, jámque unà abibant, ùm Prætoris inſtat filius, átque in domum rius ſuam ut P. diverteret, ſimulatô animô eniè petit. Contendunt utrímque officiô, cùm erò litem interea componeret Ogilbeus, tum, atô veluti perfidiæ ſignô ſit repentè civium, ctorúmque concurſus. Primam eis curam gilbei gladius faceſſebat, degebat ſiquidem, on pro Societatis noſtræ, ſed patriæ illius moveſtitus, quem ubi per ſummam injuriam è lare diripuiſſent, tunc demum pleno impetu in atrem Joannem involare, pilæ inſtar omnem

in partem agitare, in terram prosternere, prostratum crinibus vellicare, nihil denique eorum, quæ ad summam ignominiam facere possent, omittere. Ipse interim attonito similis, quid sibi isthæc ludibria velint, menténe lapsi essent? scisscitatur, alios inter se contentionem miscuisse, se ab omni diffidio penitus esse immunem. Verùm aërem verberâsse visa sunt Ogilbei verba. Quid multis? impetu confluentis populi in sublime tollitur, humerísque undantis populi in Prætoris ædes deportatur, cúmque, ut fieri amat, perduellium quispiam Ogilbeo pallium surripuisset, negavit se, vel lato ungue locô moturum absque pallio, obtrusêre quidem adstantium pleríque suum, at ille suum, non alienum exigebat; eáque petentis fuit constantia, ut veste demum sua potiretur. Inde P. Ogilbeus, Vir ab omni prorsus formidine alienus, sceleratam furentis populi barbariem acri sermone perstringens, clarè spopondit, fore, ut in totum olim terrarum orbem dimanaret: quàm sævô, quámque ab omni humanitate alienô modô hominem ab omni sceleris suspicione immunem, nemini gravem, insuper habito juris ordine, nec auditum, nec damnatum tractâssent. Hæc dum in foro aguntur, sinistra fama ex adversa urbis parte ad Pseudo-Episcopi aures allabitur: cædes in foro passim grassari, jam, quos ipse paulò ante eô miserat, vitâ exturbatos esse, furentis populi

puli clamoribus, ſtrepitu, & armis pleraque urbis compita inundare. Perterritus iſthoc nunciô Epiſcopus, evocatis, qui fortè ad ſe inviſerant, nobilibus, manúque militari ſtipatus in forum progreditur, cúmque pacata reperiſſet omnia, intellexiſſétque Ogilbeum in Prætoris, eô die ad id munus delecti, domum abreptum eſſe, tametſi jam nox ingruiſſet, illicò ad Prætoris ædes advolat. Ingreſſus Patrem Ogilbeum, parietem inter, ac menſam deliteſcentem, ad ſe evocat, propiúsque accedenti, excuſſam alapam infringit ſceleratè oggerens: iret jam, ac in urbe reformata, ut ajebat, denuò ad aras operaretur. Magnô ad hæc animô Ogilbeus: *ùt carnifex*, inquit, *non ùt Epiſcopus agis me cædendo.* Tum enim verò habitâ veluti veniâ alapæ in ejus caput undique depluunt, barbam evellunt, ſanguinariè adeò ſacerdotis faciem unguib⁹ dilacerant, ut ſævâ hac carnificinâ motus Comes Flemingus authoritate, & manu interpoſita cohibuerit immanitatem. Atque hoc exordium erat crudeliſſimæ Scenæ, in qua ad mortem usque invictiſſimus perſtitit Ogilbeus. Vix ſibi ab importunitate plagarum, quæ venerandum illius vultum fœdum in modum deturpabant, tantiſper redditus videbatur, imperant, ut ſuis ſe veſtibus ultrò ſpoliet, quod, dum virium laſſitudine prohibitus, aliquantò ſegniùs exequitur, complures in eum nebulones, veluti harpyiæ, involant, ligaminum nexus dila-

cerant, absque ordine, & mora, vi omnia abripiunt. Credibile non est, quàm omni supplicio gravior hæc res acciderit integerrimo Ogilbeo. Stabat nimirum inter sceleratissimos lictores nuda innocentia; inter plebem in omnem licentiam penitus effusam pietas; inter projectæ verecundiæ nebulones puritas angelica. Sed neque hìc deerat Patri Joanni bene gerendorum copia: verbis enim adeò severis dissolutam eorum audaciam increpuit, ut vel ipsis lictoribus, qui antehac verecundari posse non credebantur, ruborem demùm salutarem excusserit. Post hæc ad spolia digressi librum imprimis divini Officij cum sacris reliquiis, sigillum, literas, sacram suppellectilem, ipsum denique, quem in hospitio sumptibus suis alebat, equum diripiunt, auri, & argenti, quod sitiebant maximè, apud pauperem Ogilbeum vix quidpiam nacti. Hinc ad minas denuò processerunt, jurejurando asseverantes, extrema quæque supplicia in illum haud multo pòst tempore esse intentanda. Subridens ad hæc Ogilbeus; ne responsô quidem indomitam eorum rabiem dignabatur, cúmque verbis haud obscuris cippum ei denunciarent, tum ille non modo non formidare, verum etiam ultrò provocare supplicia: *En! coram adsto*, ajebat impavidus, *proferte, si lubet, feralem machinam, hæc vitam quidem meam à corpore, non verò animum à concepto catholicæ Religionis amore divellet.* Per-

cul-

ılit hæc loquentis libertas adeò Cuſtodem
ırceris; ut ſtupore attonitus exclamaverit:
ɛus! næ tu novus homo es, qui tuum ipſe
ıpplicium urges, cùm vinctis omnibus in hanc
ſque diem ſolemne fuerit, illud deprecari.
gilbeus verò: rectè, inquit, illi quidem ſup-
ıcia deprecantur, quos cauſæ ſuæ, aut pudor,
ıt pœnitentia tenet, quíque pro merito plecti
etuunt, ego autem, qui cauſæ meæ juſtitiâ
ɔnfiſus ab omni prorſus ſceleris ſuſpicione ab-
m, uberem potius inter ſupplicia lætandi ma-
riem nanciſcar. Noctem integram ludibriis
iſta carnificina tenuit, tùm ſub ipſam ſequen-
ɛ diei auroram in Epiſcopalem aulam dedu-
ɛur. Aderant ibidem præter binos è ſenatu
gio lectiſſimi Proceres, cum non minori Mi-
ſtellorum ſuorum numero. Siſtitur illico in
rum medium Ogilbeus, & quamvis inſolenti
tius noctis exagitatione vix oſſibus hæreret,
ılta tamen de æquivocationibus in jureju-
ndo, déque reſervatione mentis diſceptare
coactus; id, quod tam perſpicacis ingenij
cilitate præſtitit, ut fractâ demum perditiſſi-
ɔrum Rabularum garrulitate, vel ab ipſis hete-
doxis præclaræ eruditionis, ac Doctrinæ lau-
m extorqueret. Porro diſceptationis totius
iem ad pauca quædam capita reducam.
Sciſcitabantur cumprimìs ex Patre Joanne:
ɛtne illuſtri inter Scotos ſanguine oriundus?
ɔ nomine compellandus? quinam? aut ubi

gentium ij, qui tacita in Rempublicam consil
molirentur? quoties insuper habitô edictô r
giô incruentam ad aras hostiam litâsset? A
Regem Jacobum legitima, non modo in prot
nos, verùm etiam Ecclesiasticos Ordines pot
state pollere agnoscat? & sexcenta ejusmod
Ad singula nervosè Ogilbeus. Et nascendi qu
dem conditionem ab illustri sanguine consp
cuam inter Scotos sibi obtigisse. Nomen si
um ab omni crimine alienum esse; quod si ver
in persona delicti quidpiam notâssent, id cor
svetô pro tribunali testimoniô comprobaren
Tacitorum, quæ in Rempublicam molirentu
consiliorum neque in se, minùs in aliis consc
entiam ullam habere, imo, quàm quod certis
mum sibi persuadeant, nunquam non se fuis
eorum, quæ ad Reipublicæ emolumentum f
cere possent, studiosissimum. Ad aras nu
operatus sit, si tamen id criminis umbram pra
ferret, non jurejurando, sed testibus esse con
probandum, quos ubi in medium adduxisse
fore, ut eodem testimonio Sacerdos Cathol
cus agnosceretur; neque legitimo in foro se s
per Ecclesiastico munere interrogari, judices
essent non in sacrificia illis, sed crimina esse i
vestigandum. Jacobum Regem summâ qu
dem in profanam Rempublicam, at, ne minim
quidem in Ecclesiasticam potestate pollere
Acriter respondentis libertas cæcorum rab
hominum animos momordit; quæstionib
ig

tur insistendum rati, tumultuario clamore
ærunt: Cur in Scotiam penetraverit, ibi-
mque absque obtenta per Regem, aut ullum
otiæ Episcopum jurisdictione munia Ecclesiæ
ire ausus sit? & postquam complura alia de
ntificia in Reges potestate, déque conspira-
ne pulveraria, quam Jesuitas, ac Papistas
nnes firmâ sententiâ tueri fabulabantur, de-
mâssent, Ogilbeus more suo dilucidè ad sin.
la quæsita respondere est exorsus: Adven-
s sui in Scotiam causam haud aliam esse, quàm
od firmiter apud animum suum constituerit:
tirpatâ, quoad posset, hæresi, afflictæ in re
tholica Patriæ opem ferre, neque esse, cur ad
muneris à Rege, aut pseudo-Episcopo ullo
cultas peteretur, utpote ex quibus universi,
à cum Rege, ne minimâ quidem notâ à laico
ovis differrent, Romanæ Ecclesiæ oves non
eri cuipiam, ac Divo Apostolorum Principi,
ísque Vicariis esse commissas, ut proinde,
i in earum emolumentum strenuè adlabora-
statuisset, eum non ab alio aliquo, ac Apo-
lica Romana sede jus petere oportere, atque
nc suam esse in animarum subsidium jurisdic-
nem, quam per omnes retro Pontifices ad
ristum usque recensere sit paratus, tantúm-
e abesse, ut hoc asseruisse, quemadmodum
piè garriebant, crimen sit læsæ Majestatis,
priúsquam aliud sentiret ipse, ac loqueretur,
trocissima quæque suppliciorum genera, quin

mor-

mortem ipsam lubens esset subiturus. Supr
mum Christi in terris Vicarium in omnes omn
no veræ Ecclesiæ filios potestatem à Deo acc
pisse, neque futurum unquam, ut fidelem E
clesiasticæ libertatis propugnatorem collatô
subditos imperiô exuat; quod si verò in nefa
am hæresim præceps abriperetur, multorum
doctrinâ æquè, ac pietate insignium virorum e
se opinionem: hunc talem, tamquam perd
tum, & Deo optimo rebellem, posse regiâ pot
state spoliari, quod autem Ogilbei super ha
re sententiam attineret, fore, ut tunc tempo
ris opinionem suam depromat, quando Papa
inter, ac Reges Judex publicis tabulis constitue
retur. Conspirationem pulverariam Universi
Ecclesiæ, ac præprimis Jesuitis omnibus ade
exosam esse, ut eam non verbis modo severiss
mis, verùm etiam editis in lucem libris apu
omnes populos cane pejus & angue aversentu
erupisse quidem hanc, sed id paucorum dunta
xat ex aula nobilium flagitiô factum esse. Verùm
subjungit Ogilbeus, vestra illa die decima septi
ma Septemb. scelerate inita conjuratio, quô tu
multu, quâ perduellium rabie grassabatur? me
moriámne diei illius adhuc habetis, quo ingent
armatorum manu Senatum unà ac Majestatem
Regiam in Prætorio, ne suspicione quidem tan
ti sceleris præmunitos, è vivis exturbare statui
stis? Bis mille hodiedum Edimburgi numera
bo, qui perduellia eo die arma tulerunt. Et

qui

is in tam enormi flagitio, tam proditoria
nſpiratione ad claſſicum cecinit? Nonne tres
m veſtro Achille Roberto Bruſio Prædican-
s? Proferte, ſiquidem viri eſtis, vel umbram
ntæ perfidiæ in Jeſuitas, & eos non modò læ-
Majeſtatis publicè reos, verùm etiam carce-
, furcâ, rogô, ſæviſſimísque cruciatibus di-
os lubens, volénsque confitebor. Hæc ille,
cademico olim Græcenſi digna oratione. So-
cô poſthæc conciliabulô tempus jam in viceſi-
am ſextam horam vergebat, ex quo edulij
quidquam deguſtâſſet Ogilbeus, & licèt ob
hementem cùm ſui, tum Eccleſiæ defenſio-
m tantiſper incaluiſſet, febris tamen, quâ la-
rare cæperat, eidem algorem excuſſit; unde
ctum, ut ad focum, dum vis morbi remitte-
t, propiùs accedere juberetur. Sed & ibi
rdita nebulonis cujusdam protervia P. Joan-
m divexabat. E Scotia, quæ in borealem
agam deſinit, oriundus ille erat inter Epiſco-
lis aulæ famulos ultimam ſtationem nactus;
concive igitur penè ſuo, nequam, perjurus,
endax papiſta compellatur, quin ſpopondit
effecturum, ut ne diu illuſtre Ogilbeorum
omen infami Jeſuitarum labe fædaretur, & niſi
rorum nobilium, qui aderant, aulæque Epi-
opalis reverentiâ duceretur, fore, ut eum vi-
m in ardentem focum præcipitem ageret.
ſu crudelem hominis abjecti inſaniam excepit
gilbeus: *Natu*, inquit, *nunc quidem rem fece-*

rit

rù omnium gratissimam, dum frigore penè ela gueo. Vide tamen sis, neu collectos ex busto m cineres ac carbones dispergas, ut ne malè fæda Domûs repurgandæ labor in te recidat. Et fe gratiosus loquendi lepor, ut ponè adstant famulum largo risu exciperent, cúmque,que paulo ante infensissimum sibi habuerat, nequi quam posthac mutire ausum,penè in amicis n meraverit. Vixdum hunc infimæ sortis h muncionem tantisper ad officium erudier Ogilbeus, nova in ipsum mendacia ab Urb Consule procuduntur. Asseverabat is, Patre Joannem splendido Ogilbeorum vocabu omnibus hactenus imposuisse; eum non Og beum, sed de civibus aliquem esse Stuartam n mine; atque ut apertam calumniam veri col re illineret, jurejurando affirmat ejus Matre in urbe adhuc superstitem vivere. Nec d erant, qui sceleratum Consulis perjurium tes moniô suô firmabant cives aliquot, & fide habitura fuisset fabula, nisi conficta mater d altero adducta calumniam impudentis Consul detexisset, apertéque hominem hunc nequ quam à se progenitum, fuisset contestata. T nebris intereà obvolvebatur dies, & suum carcerem rursus compingitur Ogilbeus, útqu spes omnis fugæ præcideretur, oblongô duce tarum & amplius librarum ferrô perticæ in m dum ductô duobus annulis crudelè innectitu ut ne jacere quidem nudâ super humo ad con

mod

ditatem posset. Vix virium suarum lassi-
inem misera hac quiete tantisper curave-
; ecce ferales literæ Londinô redeunt, qui-
immani ocrearum ferratarum supplicio
queri jubetur, ut non modo loca, verum
m eorum, qui in Ecclesia Catholica firmi
sisterent, nomina quàm exactissimè prodat.
verò erant minæ crudeli profusione sangui-
armatæ, decem siquidem & quatuor fideles
lesiæ Filij, qui eadem cum P. Joanne captivi-
tenebantur, partim suspendiô, partim rotâ
nnabantur. Atque in votis habuisset facer Mi-
eadem internecione cum grege suo occum-
e, nisi Deus optimus Ogilbeum, majoribus
Ecclesia Catholica ferendis parem, ad at-
ciora quóque supplicia reservâsset. Literæ,
e Londinô nuper afferebantur, locum ex-
iundæ, Patris Joannis constantiæ Edimbur-
n designabant. Glasguâ igitur dum abeun-
n esset, cogitari non potest, quæ perditissi-
rum hominum insania, quàm enormes ca-
niæ, quanta ludibriorum asperitas eundem
comitata. Verùm levi aure hæc transiliens
ilbei animus, non modò insanientis populi
nentiam compescuit, verùm etiam feliciter
cit, ut tantam, quæ supra hominem esset,
stantiam plurimi omnes mirarentur. Edim-
gum ubi pervenit, non jam ferratis ocrea-
n aculeis, sed blanditiis propositisque largè
nerib⁹ agendum sibi statuerunt Judices, nam

in

in Episcopi ædes evocato optima quæque p
licentur, si modo eorum nomina, quos in Re
publicam conjurâsse putabant, & consilia pa
deret, imo si in animum ipse induceret ejur
religione Catholica hæresim sequi, fore, ut Pr
positurâ bene pingui, cum nobili matrimon
donisque regiis frueretur. Sed surdo ceci
runt, factóque comprobavit se néque blan
tiis, néque minis à proposito dimoveri po
Aderat jam dies, quô se se senatui sistere jub
batur, cúmque eadem fere, quæ pro Glasgu
si tribunali interrogaretur, iisdem penè respo
sis scisitantium conatus infregit, sed immani
ri longè, ac ibi evenru; siquidem in rabiem a
Judices, super ipso, quô virum integerrimu
excruciarent, supplicio consilium iniêru
Præ reliquis unum aliquod ad oculum quid
haud immite, ad eum tamen, quem sibi præ
gebant finem, perquàm opportunum videbat
protracta nimirum in complures dies vigila
necessitas; existimabant enim fore, ut univ
sa conspirationis series, quæ ab homine sibi b
ne constante non posset, facili negotiô ab om
sensuum, animíque vigore penitus destitu
suíque impote intelligatur. Initium igitur cr
deli vigiliæ datum, & quidem intempera
ter adeò, ut in nonum diem adjectis to
dem noctibus sævâ morâ perduratet. Néq
deerant acuti styli, aciculæ & id genus gra
pungentia instrumenta, quorum vellication

omn

nnem quietis ſpem ſurripiebant. Fuit dolo-
iſthæc laniena præ reliquis digna, ut in uni-
rſam Scotiam vulgaretur plurimis non ſine
ta indignatione miſeras Ogilbei vices dolen-
us. Aſt graviùs longè P. Joannis animo ac-
lêre promiſcua Senatûs æquè, ac nobilium
orum monita, quibus continuò hortaban-
, ut tandem regiæ voluntati morem gerat,
nfamia eorum Catholicorum nomina, quos
Scotia delitescere nôſſet, benigna faſſione re-
nſeat, futurum aliàs, ut gravioribus longè
pliciis objiceretur, néque deſtiturum priùs
natum regium, quàm caput ejus è corpore,
viſſimis vulneribus necato, avulſum ad por-
n urbis, quæ orientem reſpicit, in pertinaciæ
emplum publicè ſuſpendatur. Tametſi au-
n Ogilbeus ob enormem vigiliæ diuturnita-
n adeo à ſe alienus eſſet, ut ne vix eorum, quæ
dò dixiſſet, egiſſétve, nec qua in urbe, quó-
loco conſiſteret, memoriam habuerit, pro
ata tamen animi magnitudine in hæc verba
pondit: Siccine egregij Carnifices! eóne
mentiæ prolapſi eſtis, ut à me nomina eorum,
vitam integerrimam, & ab omni ſeditionis
brâ immunem vivunt, furori veſtro dilani-
da objici poſtuletis? haud erit hoc, ſi ſupe-
placet, in æternum. Vos pro hæretica ve-
libidine, quod furor, & nocendi rabies di-
verit, agite, certum interim habetote, me
cauſa Dei, & Eccleſiæ Catholicæ incremento

in graviora longè supplicia paratum esse, quam immanitas vestra inferre possit. Nec promissis mecum, oblatísque cum favore regio muneribus agendum existimate, non viro hæc, sed lymphatis fœminis obtrudite, non aliter ista rideo, quàm obstrepentium anserum garritum. Die decimo, qui alteri eique magis importuno examini præfixus erat, redeunt Senatores, varíisque pollicitationibus, vigiliis propè confectum laceſſunt, Præpositurам denuò Meſſatensem, aliáque grandia obtrudunt, clementiam denique suam, ut qui eum vigiliis duntaxat, non crurifragio tentâssent, plenis buccis declamant. Quibus Ogilbeus: se quidem clementiam in hoc nullam notâsse, quod si enim ferali ocrea in tibias solùm desæviissent, futurum fuisse, ut in Sacras ædes deportatus omnia Catholici Sacerdotis munia, quæ judicij, non tibiarum exercitio egent, exactè obire, vitæque alendæ necessaria lucrari potuisset; nunc verò, ubi vigiliarum diuturnitate omnibus propè sensibus exuissent, tormentum sibi longè atrociſſimum videri, Adjecítque, se quamvis prius dicturum fuisset omnia, nunc vel ideo quovis lapide magis elinguem perstiturum, ne non ùt homo ratione præditus, sed pecudis omni prorsus judicio destitutæ in morem egisse videatur. Verum jam erit Viri Judices immani ocrea constantiam meam experiri, *ostendam, Deo duce, me in hac causa non plurìs tibias, ac vos tibiali feciſſe*

isse, ad majora siquidem me natum existimo, dm ut sensu vincar, verùm non in me, sed in i gratia confido. Et ut me non colorata dunta- t verborum levitate (Archi-Episcopus id ei og- sserat) *locutum putetis, credite non tantô me æ hujus desideriô teneri, ut pro hac vindicanda i ac Cœlestis patriæ jacturam faciam, nunc, quan- utrûmque per vos retinere non possum, lubens quod vilius, pro meliore prodigam.* Postea- am hunc in modum denuò triumphum tu- et Ogilbeus, cum præterea lassati pedes omne tinendi corporis Officium negarent, in cubi- quod prope adsitum erat, abire imperant, nec ibi à convitiis immunis fuit. Baro qui- n Glasguensis Provinciæ Vice-Comes eidem nstanter pertinacem cordis duritiem obje- bat, quin audacter asseverabat, si regia in il- dignitas conferretur, jussurum se quanto- s, ut in liquatam ceram abjectus coqueretur. er Joannes advertens hominem verborum ciis placari non posse, grato eum lepore, sque exagitare cœpit dicendo: *Crede mihi, eus te Regem facere voluisset, longè prudentio- feciset*, & plura hujusmodi, quibus tam ido- s coloribus hominem adumbrâsse ponè ad- tes fatebantur, ac si ejus mores à puero set.

Edimburgo Glasguam redux, ultimo, quod rtis sententiam prævertit, examini subje- , quâ loquendi methodo usus sit, ex ipsa

Patris Joannis epistola, quam manu sua exa
ratam ad præpositum Generalem Societat
Jesu dederat, volupe erit intelligere. Sic igitu
habet: hoc in examine, cùm ad plurimas qua
stiones, quas de Papa, & ejus in Reges pot
state, nec non de missæ Sacrificio proponeban
promptè respondissem, Episcopus Insularu
Andreas Knoxius ait: non minus posse s
quàm me missam dicere. Quæsivi: Sacerdó
ne esset? illo negante intuli: ergo nec Episc
pus es, nec potes missam dicere. Ille me m
gni esse animi & acris judicij dicens, ait: be
mihi provisum iri, si vellem inventiones hum
nas relinguere, & religionem ab Apostolis pr
dicatam, quam ipsi profiterentur, sequi. R
spondi: Religionem ipsorum nondum esse d
cennem; nam me puero tenebatis pro articu
fidei, nullum esse, aut dici debere caput Eccles
præter unum Christum: nunc omnes jurant,
subscriptione firmant, Regem esse caput E
clesiæ in suis Dominiis. Tu ipse contrariu
antea jurâsti & subscripsisti, ista nequit esse D
ctrina Apostolica dicente Apostolo: si destr
xero, quæ ædificavi, prævaricatorem me co
stituo. Tu concionatus es Passeti contra E
scopatum, & professus es palàm te dicturu
diabolum esse, & in faciem conspui dignu
quisquis Episcopus fieret, quintodecimo
men post die factus es ipse Episcopus, nec u
contentus Episcopatu Insularum, pinguiore
al

terum in Hibernia occupâsti. Guilielmus ndreas Couper librum edidit contra Episco- itûs gradum, & nunc est Gallomidiæ Episco- us. Nónne omnes Prædicantes Scotiæ pu- ico in conventu jurâstis, & subscripsistis no- en & officium Episcopi abominabile esse, nec Ecclesia Dei debere retineri? & nunc con- arium docetis. Dicite, quæso, estísne se- ndum Apostolum prævaricatores? ajunt: on, sed magis innotuit veritas, & nunc vide- us amplius, quàm antea. Infero: bene est, detis millia Episcopi in reditibus, cùm vix ntum numeraretis Prædicantes. Sed si arti- li fuerunt tunc veri, quare nunc falsi sunt, & nunc falsi, quommodo tunc veri? dicebatis nc esse verbum Dei, & nunc dicitis esse ver- um Dei doctrinam vestram. Quæ ista est rævaricatrix doctrina ædificans idem, & de- ruens? vel quod hoc mendax verbum, vel ontradictorius Deus, cujus verbum prædica- s? Dicebatis tunc esse lucem veritatis: si de- ebamus vobis tunc credere, cur credamus vo- is modò perjuris? Et si vobis modò debemus redere, quâ authoritate, vel ratione tenebamur obis credere tunc? Nam non minus tunc, uàm nunc sacram scripturam allegabatis. Fal- or, aut doctrina vestra est nequitia sibi menti- ns. Ait Episcopus: Domine Ogilbee, Spiri- us habes; multos tibi similes optarem affeclas, ene illis uterer. Respondi, mallem quidem

Carnificem ad ſuſpendium ſequi; ad diabolu
enim rectà tendis. Itáne loqueris, inquit mi
hi? reſpondeo: ignoſce Domine, non didic
aulicíſmos, & nos Jeſuitæ loquimur, ùt cogita
mus; nolo adulari. Honoro te quidem pro
pter civilem dignitatem, & veneror canos tuos
cedens ætati; propter religionem verò, & Epi
ſcopatum nihili facio, laicus es, nec plus juris
dictionis ſpiritualis habes, quàm bacculus tuus
Si, qualia de te cogito, non vis à me dici; jubé
me tacere, & nihil dicam; ſi vis me loqui, qua
cenſeo, loquar, non quæ tu amas. Doleo, in
quit, te ob egeſtatem factum ex Prædicante
Papiſtam. Reſpondeo: tuo me pede metiris
& ex te ipſo me judicas, qui duos fidei tuæ arti
culos ejuraſti pro duobus Epiſcopatibus. Ego
patris mei primogenitus, tametſi literas non
nôſſem, ex patrimonio locum nobilis implere
potuiſſem; & ſi vellem Religionem, ut tu, mu
tare, reditus non contemnendos, & Regis gra
tiam obtinerem. Ille iratus abiit, ego riden
remanſi. Hæc Ogilbeus. Singularem prorſus
victoriam per hanc, tam gravi rationum ponde
re nixam facundiam Ogilbeus tulit, ut à quæ
ſtionibus poſthac reſponſisque cum P. Joanne
miſcendis ſeveriſſimè ſibi caverent, eò namque
jam res proceſſerat, ut vel ipſi Acatholici rabulæ
inter ſe contentionibus, & diffidiis implicaren
tur. Tempus jam imminebat, quô nefariam
jurisjurandi fidem, quâ ſuper Ogilbei nece pro
cu-

randâ impiè ſe ſe Archi-Epiſcopus obſtrinxe-
t, ſacrilegâ audaciâ perſolveret, Regem pro-
de ſuper quæſtiones habitas commonefacien-
im eſſe putavit, nec injuſtam à Rege mortis
ntentiam impetraturus credebatur, niſi calu-
niatus plurima, in ſequiorem partem pro ſua
idine omnia traduxiſſet. Et ut interea tem-
oris ad immanitatem nequidquam deeſſe pa-
retur, cuſtodem carceris, quod paulô minùs
humanus eſſet, muniô exuit, nominato in
us locum homine inter ipſam barbariem enu-
to. Ille graviſſima alioquin vincula non ſe-
modò, ſed & ferreis inſuper cuneis, ne qua
rtè dillabendi via concederetur, inſertísque
nulorum nexibus firmabat, cùm tamen
gilbeus conſtanter affirmaret, ne cerea qui-
em vincula ſe diſrupturum, imò ſi vel ſoluto
nuæ paterent, haud egreſſurum deſerta úsque
eò bona pro Deo, ejúsque Eccleſia moriendi
caſione, donec aliter divinæ providentiæ vi-
m foret. Futuræ noctis ſilentium, quod de
dicum voluntate reſtaurandis Ogilbei viribus
ncedebatur, penitus abruperunt civium ſibi
vicem ſuccedentium excubiæ. A Rege in-
rim Londino ferales literæ afferebantur ſu-
emam in Ogilbeum ſententiam complexæ.
crebreſcens continuò hac ſuper re fama adeo
nſtringi non poterat, quin ad ipſum quóque
Joannem penetraret, quod ut factum eſt,
ntos ille plauſus, tantáque geſtientis animi

ſigna edere occepit, ut vel in ipſo venerand
illius vultu ſingularem lætitiam eſſet intuer
Exultabat nimirum vir de Eccleſia Dei optim
meritus, diem illum, ad quem vel à teneris aſp
rabat unicè, tandem illuxiſſe, quô pro fide c
tholica crudelem mortem oppetere conced
retur. Cuſtodes ad inuſitata lætitiæ ſigna a
toniti, quærebant: ecquid tandem fauſti nunc
ad ſe allatum? libertatémne forſitan cum vi
obtinuiſſet? Gratiſſimam enimvero, ajeb
Ogilbeus, quia illam, quæ ſolutis cum mort
lis vitæ vinculis beatæ in cœlis æternitati poſ
liminio eſſet inſertura; cras enim, aut perend
ſibi moriendum. Exacta ingratos inter tumu
tus nocte, feralis tandem aurora, quæ Ogilbe
ſuprema foret, illuxit, impetratô tantiſper ſ
cretô tempus aliquod ardentiſſimis ad Deu
precibus inſumpſit. Adeſt ſubinde præ foribu
armata civium manu ſtipatus Prætor, captivu
ſe præſtolari aſſerens, ultróque adproperante
detritóque pallij fruſtro ſemicinctum è carce
evocat. Accurrêre illico omnis ætatis, ſexû
ac conditiones homines ſine numero. Ja
uxores, & amici eorum, quos eadem cu
Ogilbeo fortuna implicabat, quíque Edimbu
go nuper abeuntem nive, lutô, & maledicti
largè comitabantur, damnatâ ſua temerita
Patris Joannis innocentiam, conſtantiam, f
dem, qui ne ullum Catholicorum tot inter ſup
plicia patefeciſſet, deprædicabant, fauſtáqu
il

i omnia non sine lachrymis precabantur. Fe-
que hæc pietas, ut in idem officium hetero-
doxorum plurimos pertraherent. Pro tribu-
li dum aperto capite sistitur, quæsiêrunt im-
issimi Judices, vellétne causam suam ab illis
dicari? respondit: *Si amici mei essêtis, vobis*
oculdubio par mecum calamitatis alea subeunda
ret; inimici verò mei cùm sitis, Judices vos in
usa mea æquos dicere non possum. Oggerunt:
mâ igitur tibi judices accersendi sunt, aut certè
ocandi ij, qui Missam tuam audierunt. Ad
ec Joannes: *hi pauperum mercium distractio-*
sibi, suisque familiis melius nôrunt prospicere,
am criminalibus causis dijudicandis præsidere.
bjicit, in hæc involans, Archi-Episcopus: *Tu*
s pauperes reddidisti. Cui Ogilbeus: *imò ve-*
id ipse potius feciſti, dum eos carceris squallore
acerâsti, & eorum rem familiarem exhausisti,
tam tibi ad redimendam vexam tradere coacti
nt; cùm è converso nulli ego oneroſus fuerim, sed
id unum incubuerim sedulò, ut eos temporali
stitutos, spirituali saltem solatio recrearem, im-
unésque ab hæresi conservarem. Tum in rabi-
n actus Archi-Episcopus *impudenter mentiris*
t, cui Joannes: *definias, si potes, mendacium,*
o, uti sentio, loquor, imò & quæ verissima esse
o. Rogatus deinde vellétne ferendo de se
dicio Virum nobilem (Catholicus is erat
erfidè ad judices delatus, quod incruentam in
us domo hostiam litâsset Ogilbeus) interesse,

quem ut periculo eriperet, respondit: tacti
suspicione abnuo. Facilè enim futurum cre
do, ut mei causâ ad vos delatus injuriæ memo
riam refricet, vindictæque studiô accensus gra
ve quid in mei nocumentum moliatur. Re
petebant post hæc quæstiones sanè molest
Judices, quæque importunissima accidit, ide
tidem proponebatur: possétne Christi Vicar
us Regem collatô sibi in subjectos populos im
periô deturbare, Principísque vitam percusso
obvio venalem exponere. Silendum ad ha
ratus, cùm pro foro legitimo non interrog
retur, novam præbuit stolidis insaniendi ma
teriam. Mox siquidem in plausus soluti dict
tabant: Silentium hac super re fassionem quo
vis testimoniô luculentiorem esse. Ast Ogi
beus, *verbis*, ajebat, *& operibus me judicate
judicium de cogitationibus Deo, cujus illud uni
est, relinguite. Sed*, dicebant illi, *nunquid hac i
parte regiæ voluntati morem geres? in omnibu
respondit, in quibus obedire debeo regiæ Majestat
me obsequentissimum exhibeo, si quis enim temp
ralem ejus statum invaderet, supremam sanguin
mei guttam pro eo propugnando impenderem. A
in iis, quæ sibi Rex usurpat, in usu videlicet Spir
tualis jurisdictionis obsequium ei præstare nec d
beo, nec possum Viderit autem Rex, ne dum
alienum jus usurpat, proprium amittat. Nih
ego ad ista respondeo, ne spiritualem Regi jurisd
ctionem, quam non habet, tribuisse videar. Aliu
forsi*

ſitan facerem, ſi quis conſilij gratiâ talia à me
ularet. Ineptè prorſus ſuper his judicum
us exclamat: *te ſuper hac difficultate conſulo,*
id reſpondes? Ridiculum, ait Joannes, *mihi*
detur te judicem conſilium à me criminaliter ſu-
his articulis accuſato quærere. Quare tacebo
ndiu, donec Romana Eccleſia certi quidpiam de
re definiêrit, ſolùm enim prætenditis ſceleris in
umbram crudelitati veſtræ, quâ mortem me-
appetitis, invenire, muſcarum examini prorſus
iies, quæ jurulentam patinam undìque obſident,
certè piſcatori, qui anxium piſciculum retibus,
dique concluſum tenet. Subticuêre ad hæc
lices, unum duntaxat poſtulante Archi-
iſcopo: Eſſétne in Patriam rediturus, ſi con-
natâ vitâ exiliô duntaxat multarent? Gravi
hoc ſermone Ogilbeus: *Si ob patratum fa-*
us aliquod exularem, caverem utique in patri-
remeare, ſed ob hanc, quam ſuſtineo cauſam,
l factus, nihil antiquius haberem, quàm in Sco-
n redire. Atque utinam ſinguli capilli capitis
i mille poſſent ad fidem orthodoxam convertere,
te imprimis Archi-Epiſcope! néque enim hiſce
ris iniquis ſtatutis, ſine lege, ſine authoritate con-
veræ Religionis cultores editis refragari conſci-
æ duco; præſertim cum omnium Regum noſtro-
n, & Reginarum ſuperiorum ſæculorum leges &
uta meæ cauſæ patrocinantia ad manum habe-
. Quod ſi Rex vos omnes Miniſtros egiſſet in
ibulum, quando vos ei oppoſuiſtis in concilia-

bulo

bulo Taiduni, aut Aberdoniæ habito, statuen
nullum debere caput Ecclesiæ in terris agnosci; tu
profectò vererer ab exilio in patriam reverti. S
cùm vobis in tam iniqua causâ pepercerit (utpu
quæ militat contra ipsius Personam, cùm se dic
ipse caput Ecclesiæ) cur ego non obediam pot
Christo, quàm Regi? cur eum in tam justa cau
mihi non sperarem fore beneficum, qui vos in ta
injusta etiamnum tolerat?

Sol interea cursu suo ad diei medium prop
rabat cùm supremam iniqui Judices mortis se
tentiam in Patrem Joannem Ogilbeum tul
runt. Ea sic habebat: ut ab erecta publico
foro cruce infamis penderet, gulâque præf
catâ capite plecteretur; quatuor dissecti co
poris partes per celeberrima urbis compita
cruentum spectaculum proponerentur. Gr
vis hæc sententia penè omnibus, soli optati
ma accidit Ogilbeo, gratiis igitur perquàm i
pensè cùm illi, qui sententiam prælegerat, tu
Archi-Episcopo cæterísque Judicibus, pers
lutis Sacerdotalem benedictionem benig
animô omnibus impertiebatur, religiosè pol
citus, se, quemadmodum Deum in agone s
